The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Iniuria h

cum fonte primo

In propriis iniuriis pacientem esse laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare impium est.

Crisostomus super Mattheum.

Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me, et hoc quae sivit fieri sibi a Christo, quod soli Deo fieri debebat: exasperatus est, et iratus est, et increpavit eum, et repulit dicens: *Vade retro, satana; scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies*: ut nos illius discamus exemplo, nostras quidem injurias illatas ab impiis, sive in dicto, sive in facto, magnanimiter sustinere, Dei autem injurias et contemptum nec usque ad auditum sufferre: quoniam in propriis injuriis esse quempiam patientem, laudabile est: injurias autem Dei dissimulare, nimis est impium.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 5 (PG 56, col.668).